



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

12 Vtrum sit peccatum prædicatori habere oculus ad temporalia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)



pertinet ad bonū virtutem, ad quod tenetur. *f. q. reddat alicui iustum est, nam actus iustitia est vt reddatur alicui quod ei debetur: & iō unusquisque cōditor ad hoc tenetur, ut iustam venditionem faciat, non autem vt faciat venditionem liberalem, dimitrens aliquid de pretio iusto. Iustitia autem equalitas quedam est, ut dicitur in 5. eth. est ergo iusta venditio, quando pretium acceptum ab habente æquatur rei venditæ: iniusta autem si non æquetur, sed plus accipiat. Si ergo vitium rei venditæ faciat rem minus valere quam pretium impositum a venditore, iniusta erit venditio, unde peccat occultans vitium. Si autem non faciat rem minus valere q̄ pretium impositum, quia forte venditor minus pretium imponit propter vitium, tunc non peccat taccens vitium, quia venditio non est iniusta, & forte esset sibi dānosus, si vitium diceret, quia emptor vellet habere rem etiam pro minori pretio quā valeret. Liberaliter tamen faceret, si damnosum proprium contineret, vt satisfaceret voluntati alterius, licet ad hoc non tenetur.*

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod per illud dictum legis, non habetur quod licitum sit simplici venditori decipere emptorem, & econverso, sed dicitur aliquid esse licitum secundum legem, quod per legem non punitur, sicut secundum legem veterem licebat libellis repudiari.

**AD SECUNDUM** Dicendum, q̄ precepta legis sunt ducta ad perfectam virtutem, tamen actus perfectæ virtutis non cadunt sub precepto legis humane: sed prohibet quedam grauiora, ut gradatim homines retrahat a malis per seiplos ad virtutem exerceantur: permittit autem quedam minora peccata eis penam nō intelligens, quia sine his non facile intencitur hominum multitudo, & de talibus est deceptio, que est inter vendentes & emētes, quia plurimi sunt qui volunt uili emere, & care vendere, vt Aug. dicit in li. de Trini.

**AD ILLUD** vero quod primo in contrarium obicitur, dicendum quod illud intelligendum est, quā moribus peccoris facit pecus minus valere quam uendatur.

**AD TERTIUM** Dicendum, q̄ ea ratione Tullius dicit, quia bonus non tacet vitium rei uenditæ, quia ad uitium bonum non pertinet decipere aliquid: deceptio autem non est, si id quod taceretur de re uenditæ, non facit rem minus valere quam pretium quod pro eō accipitur.

QVÆSTIO VI.

**DE** INDE quæsitum est de peccatis.

**¶** Et circa hoc quæsitæ sunt duo.

**¶** Primo, Vtrum peccatum sit appetere prælationem.

**¶** Secundo, Vtrum peccatum sit prædicatori habere oculum ad rem temporalem.

ARTICVLVS XI.

*Vtrum appetere prælationem sit peccatum.*

**AD PRIMUM** sic proceditur. Videtur, q̄ peccatum sit appetere prælationem. Non. n. vt q̄ possit appeti sine peccato id quod non fuit in statu nature integræ, sed solum in statu nature corruptæ: sed prælatio nō fuit in statu nature integræ, sed incepit esse post peccatū, quā dictū est mulieri, Sub uiri potestate eris. ergo peccatū est prælationem appetere.

**¶** Præ. Appetitus vt esse de his quæ pertinent ad statum futuræ gloriæ: sed in futuro cessabit ois prælatio, ut dicit quedam gl. i. ad Corinth. 13. ergo peccatum est appetere prælationem.

**A**catum est appetere prælationem. **SED CONTRA** est, quod dicitur i. ad Tim. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: sed non est peccatum appetere illud, cui debetur honor, qui non debetur nisi uirtuti. ergo non est peccatum appetere prælationem.

**RESPON.** Dicendum, q̄ hæc quæstionē soluit Aug. 19. de ciui. Dei, ubi dicit q̄ locus superior sine quo populus regi non potest, etiam administratur ut decet, tamen indecenter appetitur, cuius ratio est: quia qui appetit prælationem aut est superbus, aut iniustus. Iniustitia enim est, quod aliquis uelit sibi plus de honore accipere, aut de potestate, aut de alijs bonis, nisi sit maioribus dignus, ut dicitur in 5. eth. q̄ aut aliquis æstimet se esse magis dignū prælatione omnibus illis, super quos prælationem accipit, superbiæ & presumptionis est. unde patet, q̄ quicumque prælationem appetit, aut est iniustus, aut superbus, & ideo nullus suo appetitu debet ad prælationem peruenire, sed solum Dei iudicio, secundum illud Apost. ad Heb. 5. Nemo sibi assumit honorem, sed qui uocatur a Deo rāquam Aaron, potest aliquis licite appetere se esse dignū prælatione, uel opera boni prelati, pro quibus debet honor.

**V**nde patet responsio ad ultimum. Primum uero duæ rationes non recte concludunt, quia etiam ea que non fuerunt in statu innocentia, nec erunt in statu gloriæ, possunt licite appeti, sicut subijci, penitere, & alia huiusmodi, quamuis prælatio quantum ad aliquid, fuisset in statu innocentia, & futura sit in statu gloriæ: quantum ad superioritatem gradus, & quantum ad gubernationem, uel regimen, non autem quantum ad coactam seruitutem.

ARTICVLVS XII.

*Vtrum sit peccatum prædicatori habere oculum ad temporalia.*

**AD SECUNDUM** sic procedebatur. Vt, quod peccatum sit prædicatori habere oculum ad temporalia. Dicitur. n. Luc. 12. Quarite primo regnum Dei. gl. bona æterna, & hæc omnia adiicietur uobis. gl. etiam non quærentibus. ergo nō licet prædicatori habere oculum ad terrena.

**SED CONTRA** est, quod dicitur i. Cor. 9. Debet qui arat, in sperare. gl. stipendiorum temporalium. ergo licet prædicatori, de quo ibi loquitur, habere oculum ad terrena.

**RESPON.** Dicendum, q̄ habere oculum ad terrena contingit dupliciter. Vno modo sicut ad mercedem, uel premium, & sic prædicatori non licet habere oculum ad terrena, quia sic faceret Euangelium uanale. Alio modo, sicut ad stipendia pro necessitate sustentationis uitæ, & sic licet habere prædicatori oculum ad terrena, unde i. ad Tim. 5. super illud. Qui bene præsunt presbyteri &c. dicit gl. Aug. Necessitatis est accipere unde uiuitur, charitatis est præbere: non tamen uanale est euangelium pro his. Si enim sic uendunt magnā rem, uili uendunt. accipiant ergo sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Domino.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVÆSTIO VII.

**DE** INDE quæsitum fuit de penis peccatorum.

**¶** Et primo, De ipsis penis.

**¶** Secundo, De remissione peccatorum.

Quodlib. S. Tho. B 3 ¶ Cir.

eren  
liref.  
lire.  
pa  
is, ut  
ualit  
nrib.  
non  
funt  
pēta  
ibus  
zala  
ntze  
nem  
mo  
nonē.  
gno,  
gi in  
tiam  
ami  
mus.  
Apo  
ostre  
De  
sed  
iuste  
iūri  
ad di  
onita  
zar,  
holus  
ad q̄  
atam  
sclue  
id ve  
endia  
& em  
em pos  
tū em  
form  
lectū  
in phi  
bono  
ontaria  
cientia  
ciū lesū  
de uito.  
quod ad  
ri illud,  
si autem  
ur dice  
et ad bo  
ficut ad  
ua bona  
d aliquid  
tinet